

skipta, at þer hafui vpp lukit ok afheint hanum þa skulder innan þeirre atta dagha, sem þer hafur þetta bref set eda höyrtr, epter þui, sem þer vilit hafua þok ok afusu af mer. Til sanz hervm sette ek mit insighli firir þetta bref, er gort var i Áðöy midwikudaghin nesta firir Gauksmessu aa xi aar ok xx:te rikis mins herra konungs.

4565.

1350 April 29.

Magnus i Hiæfstadhun (Jeppestad) intygar, att han af den afidne ärkedjeknen Johan i Linköping haft i uppdrag att genom laga stämning återkalla till domkyrkan en fjerdedels åtting i Kartorp redogör för sina åtgärder med anledning deraf, samt vitnar slutligen att nämnda fjerdingsättning verkligen hör till ärkedjeknens prebende; äfven intygar han, att en skog nära Linköping, på hvilken bönder i Valla gjort intrång, tillhör ärkedjeknen.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nouerint vniuersi, quod ego Magnus de Hiæfstadhun per reuerendum virum dominum Johannem, quondam archidyaconum Lincopensem, cum instancia requisitus, vt ad recuperandam quartam partem attongi in Karathorp, quam Haquinus Knutsson principaliter ab ecclesia detinuit ad firmam et in solucione annue pensionis sepius defecerat, per legales citaciones, dictas laghastæmpninga, nomine suo et ecclesie ad jus proprietatis debite reuocarem, verum factis duabus citacionibus contra detentorem eiusdem quarte partis attongi, videlicet Magnum Haqonason, filium suum, institit michi dominus K. Folkason bone memorie, cui protunc idem Magnus seruiuit, vt vsque ad reditum ipsius domini archidiaconi de curia Romana supersederem in dictis laghastæmpningom vterius faciendis. Quod et feci. Quas tamen laghastæmpninga, ne ecclesia indebite grauaretur, dominus Magnus archidiaconus, immediatus successor dicti domini Johannis, prosequi fecit et legaliter adimpleri. Quapropter testimonium perhibendo veritati, predicta quarta pars attongi, licet minus juste per alium occupata, ad prebendam archidiaconatus de jure spectat, sicut de multis intellexeram fidedignis. De silua eciam archidiaconatus prope Lyncopiam sita, quam rustici de Vallum inuadere prauis machinationibus molliuntur, intellexi veraciter ad ecclesiam pertinere a tempore, cuius memoria non existit. In cuius testimonium propter breuitatem vite hominum sigillum meum presentibus est appensum sub anno Domini millesimo ccc^ol^o die beati Petri martiris.

Sigillet borta.

4566.

1350 Maj 3.

Anders, kyrkoherde i Svenarum, och Ormlög Ingemarsdotter gifva för sitt själagagn sin egendom i Vallsjö till Nydala kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Andreas, ecclesie Swidhnerum curatus, et Ormløgh Ingimarsdotter salutem in Domino sempiternam. Tenore presen-

cium constare cupimus vniuersis, ad quos perucenerit presens scriptum, nos in remedium animarum nostrarum bona in Walsyo cum omnibus attinenciis eorundem, per nos post Nicholaum Knutsson acquisita jure hereditario, monasterio Nydal contulisse, vt dicti claustrii abbas, qui nunc est vel qui abhinc fuerit, dicta bona pro suis vsibus disponenda habeat et suorum. In cuius legacionis signum sigilla virorum discretorum, videlicet Giurdheri Godha, Benedicti Thorstenson, Petri Rumpa vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum anno ab incarnatione Domini m^occc^o quinquagesimo die inuencionis sancte Crucis.

På baksidan: parochia Valsio.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 (oxpanna), skadadt i kanten, af omskriften: s' BENE . . . TJ SON . . D . . ENS (Sv. Sig. fr. Medelt. 3, n. 505); n. 3 otydligt; n. 4 (andligt): . ANDREE VDDONI .

4567.

1350 Maj 6.

Arnwid Hakonsson gifver Lars af Elde (Ella) sitt qvittobref på den räkenskap han aflagt för förvaltningen af de gods, som han haft om händer.

Orig. på perg. tillhörigt prosten D:r Thyselius i Nyköping.

Omnibus presens scriptum cernentibus Arnwidus Hacosson in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi me viro discreto Laurincio de Elde de bonis meis, super que ipsum constitui prouisorem, mihi anno Domini m^occc^ol^o computationem plenariam competenter audiuisse, racione cuius ipsum liberum et quittatum de computatione faceo(!) et assigno. Sigillum meum vna cum matre[^o: -is] mee Birgitte Finwizdottor presentibus sunt appensa. Datum die beati Johannis ante portam Latinam.

Sigillet borta.

4568.

1350 Maj 8.

Linköping.

Drotseten och riddaren Nils Tureson säljer till dekanen Harald i Linköping sin gård Uplö (Uplöf) i Rydaholms socken för 400 mark svenska penningar.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Nicholaus Thurisson miles, illustris regis Swecie dapifer, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat omnibus, tam posteris quam modernis, me reuerendo viro domino Haraldo, decano Lincopensi, omnia bona mea in parrochia Ridhaholm sita, Vplø videlicet cum coloniis, agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis ac omnibus aliis et singulis suis pertinenciis, quibuscumque censeantur nominibus, prope vel remote positis, empicionis, permutacionis, seu alterius cuiuscumque contractus titulo acquisitis, vna cum omnibus rebus mobilibus in eisdem bonis pronunc existentibus pro quadringentis marchis denariorum Sweue monete nunc currentis, per me in prompta pecunia integre leuatis, veraciter vendidisse, condicionem tamen tali adiecta, quod, si bona mea supradicta secundum estimacionem virorum discretorum domini Ha-